



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

167. An filius familias obligetur in conscientia soluere pecunias mutuo acceptas? Et quid si mutuum versum est in vtilitatem pupilli, an teneatur in foro conscientiae mutuante soluere? Ex part. 8. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

# De Contractib. &c. Resol. CLXVII. &c. 211

erunt à Confessariis, & omnia scrupula auferit opinio afferentium absolute, pupillum ex promissione, vel contractu non obligari naturaliter, quam practice esse fecerunt fatentur, vt vilum est, Pater VVadingus. Ergo, &c.

## RESOL. CLXVII.

*An filius familias obligetur in conscientia soluere pecunias mutuo acceptas?*

*Et quid si mutuum res sum est in vilitatem pupilli, an teneatur in foro conscientia mutuum soluere? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 7.*

**S. 1.** Affirmatiue respondet Valerius in differ. vrinis. que fo. i. verb. restitucio, differenti. 18. & alij: sed contrarium docet Escobar tract. de vtrouque foro, art. 1. n. 150. quia leges prohibentes dare mutuum filiofamilias, non sunt leges mere presumptiuæ, sed dispositiuæ, etsi presumptio eis causam dederit, ob incommoda vitanda, quod commune esse omnibus legibus dixit cum Sanchez, Valquez, Bonacina, & cum communi Doctorum s. pra. hoc art. ex n. 3. cum seq. & in initio ex n. 3. cum pluribus seq. Qui omnes fatentur, similes leges in conscientia obligare, etiamsi omnis deficiat fraus & deceptio: tum etiam, qui mutuum filiofamilias scit, vel scire debuit prohibitionem legis, & sic suo se facto priuauit dominio mutui, & actione ad petendum. Tum quia, etsi pecunias sint praedictæ leges, tamen ipso facto pecuniam in ponunt, etiam abque sententia; ipse enim leges sententiam constituunt, vt receptum est, & plures dixi: & sicut per sententiam mutuum obligatus in conscientia maneret, vt non possit occulte capere tantundem ex bonis filiofamilias, aut parentis eius, vt diximus hoc art. ex n. 18. cum pluribus seq. ita per has leges ipso facto pecuniam imponentes. Tum quia hoc casu mutuas à se dominium rei mutuatæ abdicant, l. 2. §. appellata. de reb. creditis, manente sola actione certi ad repetendum, l. certi conditio, illo tit. quæ per dictas leges omnino tollitur, vt patet ex dicta lege 1. ad Macedon. §. illud ubi, Et qui crediderit denegatur alio, in l. Quod cum eo.

**2.** Sed magis difficultas est, an si mutuum versum sit in vilitatem pupilli, teneatur in foro conscientia mutuum soluere: Communiter affirmatiue respondent Gutierrez. de iuram. confirmat. p. 1. c. 44. n. 6. & alij, quos citat Escobar ubi supra, num. 157. Sed ipse, ibi etiam in isto casu exculat filiumfamilias à restitutione mutui. Tum quia d. §. hoc Senatusconsulto, mere dispositiuum est, & fundatur in iusta causa, vt patet ex eius verbis. Nec ad rem (inquit) pertinet si affimet ornamenta ex ea pecunia comparalligam & ei quoque, qui filiofamilias credidit, decreti amplissimi ordinis actio denegatur, nec interest consumpti sint nummi, an extent in peculo, multo igitur magis seueritate Senatusconsulti eius contractus improbat, qui filiofamilias mutuum dedit. Et obligare, & locum habere in foro conscientia, multis iam superius probauimus. Tñ quia contractus hac specie omnino annullatur, actio & obligatio ex eo irrita redditur, vt patet ex dicta l. 22. Rec. p. & animaduertit Matienço ibi gloss. 1. & ex illo verb. improbat, de quo in d. §. hoc Senatusconsulto, quod est idem ac irritare, l. cum hi. §. eam 1. de transact. l. filiofamilias. 6. in l. tit. ad Macedon ex quo nullus potest oriri effectus. Et retentio filiofamilias conceditur, quæ se in conscientia tueri posse, nihil est dubium: qui enim aperta nititur legis constitutione, prudentissime operatur, magis quam si nitatur probabili, & communi opinione, ob quam tutum quemlibet esse in foro conscientia, omnes fatentur. Igitur multo magis qui lege cetera mutuitus est, securus erit in conscientia, veritas qui-

dem legis deficere non potest, sicut deficere potest in opinione communi, & probabili, quæ semper locum in dubio habet, vt suo loco probauimus. Tum denique, quia etsi verum sit neminem debere locupletari cum alterius iactura & damno, quæ est ratio contraria sententia, fallit, dum ex iusta causa aliud lex statuit, quod posse facere nulli dubium est. Glossa & Doctores in lege finali. de negot. gest. sibi enim impuler, qui filiofamilias mutuum dedit contra iuris prohibitionem, vt dicitur de expensis mala fide factis in re aliena, lege, si seruus 27. §. soluiam 25 ad legem Aquiliam, & de eo qui edificauit in alieno solo, l. Paulus 14. de doli except. l. si is contra quem. C. de adific. priuati. Culpa enim est mutuaræ filiofamilias contra iuris prohibitionem, l. 1. vbi Bartolus. C. de fact. instrument. l. penultim. Cod. si vendit. pign. cap. qui contra 82. vbi Dyn. n. 4. de regul. iur. in 6. & plures alij. Et hæc omnia docet Escobar loco citato. Ego omnes has opiniones probabiles esse puto.

## RESOL. CLXVIII.

*An filiusfamilias teneatur soluere mutuum, si illud soluere iurauit?*

*Et quid, secluso iuramento?*

*Et quid est dicendum, si filiusfamilias mutuum in rebus à pecunia distinctis dare sibi passus est, prout si filiusfamilias pannum ad vestem, equum ad ier, non numerata pecunia emsi?*

*Et in rebus? §. Hoc tamen, huius Resoluciois adducuntur sex casus, in quibus filiusfamilias debet soluere si. ut alij. Ex p. 9. tract. 9. & Misc. 4. Ref. 13.*

**S. 1.** Spropono, quod filiusfamilias, qui est sub patria potestate, si mutuum pecuniam abque consensu patris acceperit, non teneatur in effectum ad restitutionem, nec post mortem quidem patris: quia potest opponere mutuatori exceptionem Senatusconsulti Macedoniani, quo concessum est ei, vt non teneatur soluere, vt docet Gomezius in m. r. c. n. 2.

**2.** Hoc tamen non obstante tenetur soluere in his casibus. Primò quando habet periculum castrensium, vel quasi castrensium, quia cum talia liberè administrat, potest quoque in illis se obligare. Secundò, debet esse mutuum in pecunia: si enim fiat in frumento, vino, &c. cessat exceptio, nisi in fraudem legis factum sit. Tertio, si cum licentia patris contraxit, non datur illi exceptio. intellige tamen cum Glossa, Bartolo, & alijs, si modò ille pater, qui consensit, habuit filium in potestate; quia si fuerit in potestate Aui, licentia patris non tollit priuilegium: & ita conciliantur l. filium in fin. cum l. si permittente. Cod. eod. Quarto, si in rem patris versum est mutuum, cessat exceptio. Quintò, si accepit ad sumptus necessarios, quos ipse pater fecisset, v. g. pro victu, & libris necessarijs, quando cum facultate patris versabatur in studijs. Sextò, si gerebat se pro filio sui Iuris, & creditor bona fide existimauit eum esse emancipatum. In his casibus filius debet soluere sicut alij, & Senatusconsulto se non tueri.

**3.** Hoc supposito ad quaestionem propositam, affirmatiue respondet Lessius lib. 2. c. 20. dub. 2. num. 9. vbi sic ait: Quamuis verbis huius Senatusconsulti solum videatur tolli obligatio civilis; tamen etiam tollitur obligatio naturalis, ita vt in foro conscientia non teneatur vnquam tale mutuum restituere, si velit hoc priuilegio vt. Idque statuit lex, tum in penam eorum, qui talibus mutuantur; tum, vt omnis occasio machinationis prauæ contra parentes, filiis præscinderetur; unde etiam huic priuilegio non potest filius renuntiare; quia magis est in fauorem parentum, quam ipsius. Si tamen filius iurauit se soluturum, tenebitur soluere, saltem post mortem patris, quando commodè poterit, quia

Sup. hoc in  
Fa in tr. 4.  
R. l. 14. cur-  
sim in fine  
§. Vnde.